



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CCXXXIX.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

papa q. 444. Cæpol. in suo tracta. de seruit. urb. prædiorū  
147. nu. 2. tex. in arg. in l. ij. §. uicinales. ff. ne quid in loco  
publi. fiat ad idem in arg. in l. p. §. i. ff. de coll. illece. & l. i.  
ff. quod cuiusque uniuers.

- 1 Fallit nisi ex forma statuti, uel prouisionis, aliter prouisum esset, circa impositionem collectæ, uel per capita secundum facultatē patrimonij, aut per solidū & libram, secundum Ias. in l. si se non obtulit, nu. 20. & 19. ff. de re iudicat. Bal. in auct. de functo. in ult. col. C. ad orificia. Bar. in l. i. C. de omni agro desert. lib. 11.
- 2 Fallit etiam quando puteus dirutus est facto hominis, quia ille solus tenetur ad refectionem, qui destruit, uel diruit secundum Cæpol. de seruit. Urban. prædiorum, c. 47. nu. 2. per tex. in l. fin. in fine. ff. de uia pub. refic. & c. ex parte, extra de ijs quæ fiunt a maiori part. Capi. & Luc. de Pen. in l. ad refectionem num. 4. C. de aquæduct. lib. 11. cum ibi notatis.

### REGULA CCXXXIX.

- 1 Vidua si habet tutelam filiorum, & stuprum committit utique priuatur ipsa tutela, ac si transisset ad secundas nuptias. glo. est in auct. sacramentum. in uersu. nuptu. C. quando mulier off. tut. fung. potest. Bal. in l. ijs solis nu. 4. C. de reuoc. donat. late Marf. in l. unica. num. 54. C. de rapt. uirg. & sing. 416. q. not. Ang. in §. actionum nu. 41. uersu. & etiam definit esse tutrix. inst. de actionibus, & nō gaudet priuilegijs mariti si inhoneste uiuit. Bal. in l. ijs solis. C. de reuoc. donat. Dec. in c. de quo uult nu. 120. de iud.

- 2 Fallit si mater esset tutrix testamentaria, cuius fides, uita & bonitas esset cognita a testatore, secundum Bar. in l. omnem. C. ad tertul. & illum sequuntur doct. ultra mont. secundum Ang. in d. §. actionum. nu. 41. & Bal. in l. lex quæ tutores. nu. 7. uersu. modo quæritur si mater. C. de admin. tutel. ubi dicit, q̄ ratio suspicionis non ualere ad priuandam mulierem tutela filiorum, sed necesse es-



set. q̄ facta legitimam probatione subsequatur sententia iudicis in hac materia, aliter q̄ tu nota, & obserua-  
le dictum.

- 2 Fallit etiam q̄ uidua non solum propter inhonestatem uitæ perdit tutelam, sed etiam desinit esse de domo & familia mariti pro ut tenent Fab. Imol. Cast. Bald. Ange. & Saly. in d. auct. sacramenta C. de secund. nupt. & Luc. de penna in l. quotiens col. ii. nu. 4. de priuileg. schol. l. 12.
- 3 Fallit etiam in uidua inhoneste uiuente, quæ desinit esse commissaria testamentaria si per maritum relicta sit executrix ultimæ suæ uoluntatis, pro ut late per Luc. de pen. in d. l. quotiens de priuileg. schol. nu. 6. & 7. lib. 12.
- 4 Fallit itidem in uidua turpiter uiuente, quæ non solum desinit esse tutrix filiorum, sed etiam desinit esse executrix testamentariæ mariti & non gaudet priuilegijs Deci. in c. pastoralis nu. 35. de iudit. ex quo oblita honoris primi uiri conuolat ad secundas nuptias, & q̄ peius est. Inimica facta uidetur mulier priori uiro & filiis propter illius uitæ sordiditatem & cum seditate quia in muliere ubi honor non est ibi contemptus est & ubi contemptus ibi iniuria & ubi iniuria ibi & indignatio, quæ semper maxima est in domo.

#### REGVLA CCXL.

- I Vir premortua uxor lucretur dimidam dotis Bar. in l. nuptias. ff. de reg. iur. & l. nihil. ff. rerum amot. intelligit dummodo contractum fuerit matrimonium per uerba de presenti licet nondum fuerit transducta secundum Math. Math. sing. 74. no. statutum.
- I Fallit in sponsa secundum Bal. in l. penult. §. fin. ff. quod falso tut. auct. gestum: qui dicit lucrum dotis ex pato uel statuto locum non habere in sposa ante nubiles annos de cedenti quam l. ipse dicit a bar. didicisse, Cepol. in l. i. nu. 22. in fine de usucap. pro dot. uide etiam Boe. q. 22. nu. 7. & 37. & 38. quod not. Bald. in consi. 135. nu. 5. uol. 2.
- 2 Fallit etiam in sponsa quæ sui culpa uoluit potius ingre